Vrbium numina in earum numis. *Vaill.* Gr. p. 291 ad 303. — Republica adhuc libera exhibent vrbium numi Romae genium galeatum vel laureatum cum inſcriptionibus ΑΓΙΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, SENATVS AVGVSTVS. Interdum et *genius* tutelaris eius vrbis, quae numum cudi curauit. Lex. n. T. II. 1373.) *Iobert* Science des Méd. I. 104. — Qui ſub Impera-

ratoribus cuſi ſunt, effigiem Imperatoris in antica ferunt, cum ſolita nominum et titulorum denominatione, exceptis paucis, qui loco eius deum aliquem, aut deam praeferunt.

Vrbium ſigna diacritica in numis. *Eckhel.* Doctrina numor. vet. P. I. Vol. I. in prolegom. p. 106.) *Iobert.* Science d. méd. I. 406 ſq. — Vrbes, in quibus numi ſignabantur, alias nomen integrum, alias initiales tantum nominis litteras, alias peculiare quoddam ſignum adponebant, vt etiam moneta huius ſaeculi Gallicæ, praeſertim aurea, vnam ex litteris elementariis ab vna parte, et propriam ſupra Regis caput notam, vel aquilam, vel palmae ramum, vel alias. Sic aſtrum apud Arados, pilei Dioſcurorum apud Tripolitanos, cornucopiae apud Antiochenſes in Ptolemaide, acroſtyrium apud Sidonios, palmae ramus apud Laodicenſes, vt et alia apud alios percutiebantur. Selinuntiis Siciliae proprius typus fuit folium apii, Sidetibus malum Punicum; Cyrenaeis Silphium, Boeotis clipeus certae formae, Neapolitanis Samaritidos mons Garizim, Lampſacenis Myſiae equus marinus alatus, Gazaeis lineae bis ſectae. At ſi forte placuit alios ab his typos numis inferre, non adeo aſpernati ſunt familiares ſuos ſuetoſque typos, vt non eos in minutiorem modum redactos aduentitio typo adſtituerent. Copioſa exempla inſpecti numi, aut horum iconiſmi ſuppeditabunt.

— — inſignia etymon earum indicantia, vid. *Loquentia.* Lex. n. T. II. P. II. 1822.) *Spanhem.* Pr. II. 421.

Vrbium et populorum numiſmata ſingulari ſua arte, nitore, varietate et vſu aliis inferiora non ſunt. Exſtat eorum ſatis magnus numerus in omni metallo, quorum varia raritas eſt. *Aurea* omnium ſunt rariſſima, rationem adferente *Liebio* Goth. numar. p. 12. 13. — *Argentea* non accedunt ad ſummam aureorum raritatis gradum, rarioribus autem nihilominus ad numerantur; ita ſaltem ſtatuit *Havercamp.* In Catal. numiſm. a *Merck.* Tom. II. p. 4. Sunt tamen Dyrrhachii, Maſſilienſium et Syracuſanorum numi argentei magis frequentes aliis. — *Aeneis* populorum atque vrbium numiſmatibus poſtremus datur locus, dubium enim non eſt, ingentem numerum huius metalli Graecos numos fuiſſe; ſuperſtitum numerus aperte hoc docet, licet multo plures incuria ſuperiorum ſaeculorum periiſſe ſatis probabile ſit. Quae illorum fata ſuperiore aeuo fuerint, docet *Spanhem.* Pr. I. 559. — Numiſmata vrbium *maximi moduli* integra ſemper ſunt bona; *medii* et minimi moduli non ſunt admodum rara; coloniarum numiſmata in *aere magno* ſunt rariora; ex *aere medio et paruo* ſecundum vrbes vel communia, vel rara, vel rariſſima, quorum catalogum ſiſtit *Wolterech.* Elect. num. p. 354 ſq.

Conſulendi ſunt *de vrbium et populorum numis:* Muſeum *Arigonii* III. Tomi. Tarviſii 1741. 1744. 1745. fol.) *Bandurii*. Numiſmata Impp. Rom. etc. Lutetiae 1718. II. Tomi fol.) Com. de *Bentinck.* Catalog. Tom. II. à Amſterdam 1787. 4.) Numiſmata *Cimelii Caeſarei Vindobonenſis.* II. Tomi. Vindob. 1755. fol. mai.) *Eckhel.* numi veteres anecdoti. Viennae 1775. 4. *Eiuſd.* Catal. muſei Caeſ. Vindob. II. Tomi. Vindob. 1779. fol. *Eiuſd.* Sylloge prima numorum veterum anecd. ibid. 1786. 4. *Eiuſd.* Doctrina numorum veterum. Vindob. 1792. 4.) d'*Ennery* Catalogue des médailles, à Paris 1788 4.) *Froelich.* Animaduerſiones in quosdam numos veteres vrbium. Viennae 1738. 8. Editio altera auctior curante *Anton. Francisc. Gorio.* Florentiae 1751. *Eiuſd.* Notitia elemen-

elementaris numiſm. Viennae 1758. 4.) *Geſſner.* Numiſmata Graeca populorum et vrbium. Tiguri. 4. Adpendiculam velut continuationem eius operis edidit Comes *Cristiani.* Viennae 1762. et recuſ. 1769. 4.) *Golzii* Opera V. voluminibus. Antwerpiae 1708. fol. de quorum fide *Eckhel.* Doctr. numor. vet. I. in prolegom. p. 141 ſq.) de *Gusſeme* Diccionario numiſmatico general. VI. Tomi. Madrid. 4.) *Harduin.* Numi antiqui populorum et vrbium illuſtrati. 4. et in eius operibus ſelectis. fol.) *Haym* Teſoro Britannico, overo il muſeo nummario etc. in Londra 1719. Part. II. 4. *Idem* opus Anglice redditum, London 1719. 4. Idem lingua Latina interprete Comite *Criſtiani.* Vindob. 1743. et Tomus II. interprete *Khell.* Vindob. 1763. 4.) Numorum veterum populorum et vrbium, qui in muſeo *Gulielmi Hunter* aſſeruantur, deſcriptio figuris illuſtrata, opera et ſtudio *Caroli Combe.* Londini 1782. 4. mai.) *Liebe* Gotha numaria. Amſtelaed. 1730. fol.) *Magnan.* Miſcellanea numiſmatica, in quibus exhibentur populorum inſigniumque virorum numiſmata etc. Romae 1772. Tomi IV. 4. Opus iſtud numorum tantum imaginibus conſtat.) *Muſell.* Numiſmata antiqua. Veronae 1751. 1756. Tomi III. fol.) *Neumann.* Num. vet. popular. et Regum. Vindob. 1779. et Tom. II. ibid. 1783. 4.) *Noriſius,* Annus et epochae Syromacedonum. Florentiae 1691. 4. mai.) *Paruta* Sicilia deſcritta con medaglie, in Palermo 1612. fol. *Havercampus* pleniorem edidit.) *Pellerin* Recueil de médailles de peuples et de villes. Paris 1763. 4. — Mélange de diverſes médailles. Paris 1765. 4. — Supplément aux ſix volumes de recueils de médailles de Rois, de villes etc. I. 1765. II. 1766. III. 1767. IV. et dernier ſupplément etc. à Paris 1767. 4. — Obſervations ſur quelques médailles du Cabinet de M. *Pellerin,* à la Haye. 1771. 4. — Additions aux neuf volumes de recueils de médailles de Rois, de villes, à la Haye, et ſe trouve à Paris. 1778. 4.) Numiſmata antiqua collegit olim et aeri incidi viuens, curauit Thomas *Pembrockiae* Comes. 1746. Vol. III. in 4. mai.) de *Schachmann* Catalogue raiſonné d'une collection de médailles. Leipzig 1774. 4. mai.) *Seſtini* Lettere e diſſertazioni numiſmatiche. Livorno 1789. 1790. IV. Tomi. 4.) *Ez. Spanhem.* de praeſtant. et vſu numiſmatum antiquor. Londini 1706. II. Tomi fol.) *Tanini* Numiſmatum Impp. Rom. etc. ſupplementum. Romae 1791. fol.) Muſei *Theupoli* antiqua numiſmata. Venetiis 1736. II. Tomi. 4. mai.) *Vaillantii* Numiſmata Imperatorum, Auguſtarum et Caeſarum a populis Romanae ditionis Graece loquentibus. Amſtelaed. 1700. fol.) *Froelich.* Adpendicula ad numos etc. quos *Vaillantius* collegerat. 1734. 4. inſerta quatuor eius tentaminibus. Viennae 1737. it. 1750. 4. *Eiuſd.* Adpendicula noua altera ad numos Auguſtorum etc. 1744. 8. et 1762. 4.) de *Wilde* Selecta numiſmata antiqua. Amſtelodami 1692. 4.) *Wiſe* Catalogus num. *Bodlei.* Oxoniae 1750. fol.) *Witzleben* Selecta quaedam numiſmata Graeca (ſcilicet Delphiorum, Maronitarum, Aorni, Corinthiorum) inedita hactenus, nunc vero explicata. Lipſiae 1754. 4. — Speciatim *vrbes.*

Acarnaniae. Lex. n. T. I. 36. vid. Actium, Alyzia Anactorium, Argos Amphilochium, Heraclea, Leucas, Oeniadae, Thyreum; *it.* Leucadia peninſula, poſt inſula, Ithaca inſ. Leucadiae vicina; Cephallenia inſ. proxima Ithaca, in qua Cranos, Pales, Pronos, Same, *ſuis locis.*

Achaiae. Lex. n. T. I. 41 ſq. vid. Aegium, Corinthus, Patrae Sicyon.

Aegypti. Lex. n. T. I. 335 ſqq. II. P. II. 495 ſqq.) *Belley* dans Memoir. des Inſcript. Tom. XXVIII.) *Harduin*. Oper. Sel. 759.) *Neumann*. Pop. Num. II. 95 ſq.) *Pellerin*. Addit. aux neuf Vol. p. 85 ſq.) *Seſtini* Lettr. II. 161 ſqq.) *Vaill.* Num. Aegypt. *idemque* Num. Impp. a pop. Graec. loq.) *Zoega* Numi Aegyptii Imperatorii proſtantes in muſeo *Borgiano* etc. Romae 1787. 4. — *Elenchus vrbium et praefecturarum Aegypti*, quarum nomina perſcripta leguntur *in numis Aegyptiis Imperatoriis*: Alexandria, Antaeopolis, Aphroditopolis, Apollonopolis, Arabia, Arſinoe, Athribis, Bubaſtus, Buſiris, Cabaſis, Canopus, Coptus, Cynopolis, Dioſpolis, Dioſpolis Magna, Gynaecopolis, Heliopolis, Heptanonus, Heracleopolis, Hermonthis, Hermopolis, Heroopolis, Hypſelis, Latopolis, Leontopolis, Letopolis, Libye, Lycopolis, Mareotis, Memphis, Mendes, Menelaus, Metelis, Naucratis, Nicopolis, Onuphis, Oxyrynchus, Panopolis, Peluſium, Pharbaetus, Phthemeneus, Pimamys, Proſopis, Sais, Sebennytus, Sethron, Tanis, Tentyra, This, Xois.

Aeolidis vrbes. Lex. n. T. I. 135. vid. Aegae, Cymae, Elaea, Myrina, Temnus.

Aequorum Latii vrbs, Cliternum. Lex. n. T. II. P. II. 1336.) *Eckhel*. Doctrina numor. vet. P. I. Vol. I. p. 101.

Aetoliae vrbes. Lex. n. T. I. 180. 243 ſq. vid. Athamanes.

Apuliae — *Eckhel*. ibid. 140. ſq. vid. Acherontia, Arpi, Barium, Caelium, Canuſium, Hydruntum, de quo *Neumann*. Pop. Num. II. 122. 257. — Hyrium, Luceria Rybaſtini, Salapia, Sipontum iuxta *Peller*. Rec. I. p. 62. qui vero agnouit errorem Suppl. III. p. 7. et Hipponio Bruttiorum reſtituit.

Arabiae — Lex. n. T. I. 1020 ſq. vid. Boſtra, Philippopolis.

Arcadiae — v. Arcades, Caphya, Mantinea, Megalopolis, Orchomenus, Pheneos, Phiala, Pſophis, Tegea, Thelpuſa, Thiſoa.

Argolidis — v. Argi, Epidaurus, Hermione, Thyrea, Troezen; *it.* Irene inſula. *Neumann*. Pop. Num. II. 258.

Atticae — Lex. n. T. I. 1268. vid. Athenae, Azetini, Eleuſis, Megara, Pagae, Phalerus; *it*, Aegina inſula.

Bithyniae — Lex. n. T. I. 1543. vid. Apamea, Bithynium, Caeſarea, Chalcedon, Cius, Claudiopolis, quae et Bithynium; Cretia, quae et Flauiopolis; Hadriani, Hadrianothera, Heraclea, Iuliopolis, Nicaea, Nicomedia, Pruſa ad Olympum, Pruſias ad Hypium, Pruſias ad mare, Tius.

Boeotiae — Lex. n. T. I. 1557 ſq. vid. Larymna et Salganeus, Tanagra, Thebae, Theſpiae; *it.* Euboea inſula.

Boſpori Cimmerii vrbs, Phanagora. Lex. n. T. III. P. II. 128.

Britanniae. Huius regionis numos veteres certos non exſtare, nos docet *Eckhel*. Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. p. 80.

Bruttiorum vrbes. *Eckhel*. ib. 167 ſq.) *Magnan*. Bruttia numiſmatica. Romae 1773. fol. vid. Bert ſiue Birth, Bruttium, Carcinum ΚΑΡΚΙΝΙΩΝ apud vnum *Golzium* Caulonia, Croton, Hipponium postea Valentia; Locri Epizephyrii, Orra, Pandoſia, Petelia, Rhegium, Scylaceum, ΣΚΥΛΛΑΤΙΩ apud ſolum *Golzium*; Siberene, Temeſa, ΤΕΜΕΣΕΩΝ apud *Profp. Pariſium*, adeo fidei dubiae; Terina Valentia vid. Hipponium; Zephy

phyrium, ΖΕΦΥΡΙΣΩΝ, *Golzianae* ſidei.

Byzacenes Africae vrbs, Hadrumetum. Lex. n. T. II. P. II. 49 ſq.

Calabriae vrbes. Eckhel. Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 143 ſq. vid. Brunduſium, Butuntum, Hydruntum, Leuca, Salentini, Tarentum, Vxentum.

Campaniae — *Eckhel.* l. c. 108 ſq. vid. Acerrae, Atella, Aurunca, Calatia, Cales, Capua, Caſilinum, Cumae et Liternum, Herculaneum, Neapolis, Nola, Nuceria Alfaterna, *Puteoli* apud *Golzium*; Stabiae, Sueſſa, Teanum Sidicinum, Venafrum, incertae.

Cappadociae — Lex. n. T. I. P. II. 345 ſq. vid. Caeſarea, Tyana.

Cariae — Lex. *ibid.* 386. vid. Alabanda, Alinda, Antiochia, Aphrodiſia, Appollonia, Bargyla, Ceramus, Cnidus, Halicarnaſſus, Heraclea, Iaſus, Mylaſa, Myndus, Nyſa, Orthoſia, Plaraſa et Aphrodiſia, Stratonicea, Tabae, Tripolis; *it.* Cos inſula, Rhodus inſula.

Chalcidenes vrbs, Chalcis. Lex. n. T. I. P. II. 502.

Cherſoneſi Tauricae vrbes. Lex. *ibid.* 510. vid. Cherſoneſus, Heracleum, Panticapaeum.

Ciliciae vrbes. Lex. *ib.* 541. vid. Adana, Aegae, Alexandria ad Iſſum, Anazarbus, Anemurium, Argos, Auguſta, Celendris, Coracesium, Corycus, Cybiſtra, Diocaeſarea, Doron, Flauiopolis, Hierapolis, Hierapolis et Caſtabala, Irinopolis, Laertes, Mallus, Mopſus, Nagidus, Pompeiopolis, Seleucia ad Calycadnum, Soli, Tarſus; *it.* Eleuſa inſula.

Coeleſyriae — Lex. *ib.* 649. vid. Abila, Capitolias, Damaſcus, Heliopolis.

Commagenes — Lex. *ib.* 723 ſq. vid. Caeſarea Germanicia, Samoſata, Zeugma.

Cretae inſulae vrbes. Lex. *ib.* 1075. vid. Aptera, Arſinoe, Cherſoneſus, Cnoſſus, Cydonia, Eleuthernae, Elyrus, Gortyna, Hierapytna, Itanus, Lappa, Laſos, Liſſus, Lyttus, Phaeſtus, Phalaſama, Polyrrhenium, Praeſus, Prianſus, Rhaucus, Rhithymna, Saxus, Sybritia, Tyliſſus; *it.* Niſyros inſula ſupra Cretam.

Cycladum, Aegaei maris inſularum, vrbes. Lex. *ib.* 1131. vid. Ceos, in qua Carthaea, Iulis; Cythnus, Delos, Melos, Myconus, Naxus, Nea apud *Peller.* Rec. III. Tb. 105. fg. 2. — Paros, Peparethus, Seriphus, Sicinus, Siphnus, Syros, Tenos.

Cyrenaicae vrbes. Lex. *ib.* 1156. vid. Barce, Cyrene, Ptolemais, *Pellerin* Rec. III. p. 13.

Cyrrheſticae — vid. Beroea, Cyrrhus, Hieropolis.

Dalmatiae — Lex. n. T. II. 32. vid. Daorſi; *it.* inſulae Iſſa, Pharus, Corcyra nigra.

Decapoleos — Lex. *ib.* 75 ſq. vid. Canata, Gadara.

Elidis — Lex. *ib.* 595. vid. Elis, Pylos; *it.* Zacynthus inſula.

Epiri. — vid. Apirotae, Ambracia, Caſſope. Damaſtium, Nicopolis. *it.* Corcyra inſula prope Epirum.

Etruriae — *Eckhel.* Doctrina numor. vet. P. I. Vol. I. p. 89 ſq. vid. Camars, Coſae, Faeſulae, Faleria, etiam Faliſca, Grauiſcae, Ilua,

Luna, Peitheſa, Peruſia, Populonia, Telamon, Vetulonia, Volaterrae, incertae apud *Eckhel.* ib. 95.

Euboeae inſulae vrbes. Lex. n. T. II. 791 ſq. vid. Caryſtus, Chalcis, Eretria, Iſtiaea vel Hiſtiaea.

Frentanorum vrbs, Larinum. Lex. n. T. II. P. II. 1498.) *Eckhel.* Doctr. num. vet. T. I. P. I. 100. 107 ſq.

Galatiae vrbes. Lex. n. T. II. 1264. vid. Ancyra, quae et Sebaſte dicta; Peſſinus, Tauium.

Galilaeae — Lex. n. T. II. 1288. vid. Diocaeſarea, Dioſpolis, Gaba, Tiberias.

Galliae. — *Bouteroue* Recherches curieuſes des monnoyes des France. à Paris 1666. fol.) *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 62 ſqq.) *Peller.* Rec. I. p. 13. *et* Rec. III. p. 179.

Galliae Aquitanicae. — *Eckhel.* ib. 66. vid. Avaricum, Petrocorii, Santones, Turones, Vergaſillauni. *Bouteroue* p. 64.

— *Narbonenſis* — *Eckhel.* ibid. 66 ſqq. vid. Antipolis, Arecomici, etiam Volcae; Avenio, hodie Avignon; Beterra, Cabellio, Lacydon vel Maſſilia; *S. Vincent* Mémoire ſur les médailles de Marſeille. 1771. — Nemauſus, Rhoda vel Rhodanuſia, Ruſcino, Seguſia, Vienna, Volcae Arecomici.

— *Lugdunenſis* — *Eckhel.* ib. 72 ſqq. vid. Aballo, Andegaui, Aulerci Eburovices, Caballodunum, Catalaunum, Copia v. Lugdunum; Eburovicis v. Aulerci; Laudunum, Lugdunum, etiam Copia; Remi, Rotomages, Sequani.

— *Belgicae* — *Eckhel.* ib. 74. 75. vid. Agrippina, hodie Cölln; Eburones; Mediomatrici, hod. Metz; Tornacum, hod. Tournay; Virodunum, hodie Verdun.

Germaniae vrbes. *Eckhel.* ib. 81. vid. Arudiacum, Auguſta vulgo Augsburg, Feltria Rhaetiae.

Hiſpaniae. — *Florez* Medallas de las colonias, municipios y pueblos antiguos de Eſpanna. en Madrid 1757. 4.) *Eckhel.* ibid. p. 1 ſqq.

— *Luſitanicae.* — *Eckhel.* ib. 11 ſq. vid. Ebora, Emerita, Norba, Oſonoba, Pax Iulia, Salacia.

— *Baeticae.* — *Eckhel.* ib. 13 ſqq. vid. Abdera, Acinipo, Anticaria, Aria, Arva, Aſido, Aſta, Aſtapa, Bailo, Callet, Calpe, Canaca, Carbula, Cariſia, Carmo, Carteia, Caura, Celti, Corduba, etiam Patricia; Gades, Iliberis, Ilipa, Ilipla, Iliturgi, Ilurco, Ipagro, Italica, Ituci, Iulia, Laelia, Laſtigi, Mirobriga, Munda, Murgi, Nebriſſa, Nema, Obulco, Onuba, Orippo, Oſca, Oſet, Patricia vid. Corduba; Romula, Sacili, Salpeſa, Searo, Siſapo, Tarteſſus, Traducta, Tucci, Ventipo, Vgia, Vlia, Vrſo.

— *Tarraconenſis* — *Eckhel.* ib. 34 ſqq. vid. Acci, Aſturica, Auſa, Bilbilis, Caeſar Auguſta, Calaguris, Carthago Noua, Caſcantum, Caſtulo, Celſa, Clunia, Coſſetania apud *Velazquez* Tb. 15. ſgg. 8. 9. ſed *Eckhel.* l. c. Oſſet in Baetica. — Dertoſa, Elmandica iuxta *Neumann.* Pop. Num. II. 245. — Emporiae, Ergauica, Gracurris, Ilercauonia, Ilerda, Ilici, Lacetani apud *Velazquez* Tb. 14. fg. 10. — Oſca, Oſicerda, Oſtur, Rhoda, Saetabis, Saguntum, Segobriga, Segouia, Tarraco, Toletum, Turiaſo, Valentia, Viſontium.

— *incerti ſitus* vrbes. *Eckhel.* ibid. 60. 61. vid. Amba, Bora, Ceret, Gili, Irippo, Lont. Olont. *Florez* Tbb. 32. 35. 64.

Hi-

Hiſpaniae omiſſo vrbium nomine. *Eckhel.* ibid. 61.

Illyrici vrbes. Lex. n. T. II. P. II. 588 ſq. vid. Apollonia, Dyrrhachium; *it.* Hyllis peninſula.

Ioniae — Lex. *ibid.* 818. vid. Clazomene, Colophon, Epheſus, Erythrae, Magneſia ad Maeandrum, Metropolis, Miletus, Phocaea, Priene, Sillyum, Smirna, Teos; *it.* inſulae Chios, Samus.

Iſauriae. — vid. Carallia, Savatra, Syedra.

Italiae Superae vrbes. *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 83. 84. vid. Acilium in Venetis, Rauenna, Ticinum, hodie Pavia.

— Mediae. — *Eckhel.* ibid. 85 ſqq.

Ituraeae vrbs, Caeſarea ad Panium. Lex. n. T. I. P. II. 182 ſq.

Iudaeae vrbes. Lex. n. T. II. P. II. 1033 ſq. vid. Aelia Capitolina, Aſcalon, Aſotus, Goza.

Laconiae — Lex. *ibid.* 1415. vid. Aſopus, Gythium, Lacedaemon, Las. At Maleam deleuit *Neumann.* Pop. Num. II. 251. e geographia numiſmatica. Lex. n. T. III. 135 ſq.

Latii — *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 100 ſq. vid. Alba, Antium, Anxur, Aquinum, Atina, Aurunci, Cliternum, Minturnae, Sinveſſa.

Leſbi inſulae vrbes. vid. Ereſus, Iſſa, Methymna, Mytilene.

Locridis vrbes. Lex. n. T. II. P. II. 1804 ſq. vid. Locri Epicnemidii, Locri Opuntii, Amphiſſa in Locris Ozolis, Axia Locrorum Azolanorum.

Lucaniae — *Magnan.* Lucania Numiſmatica. Romae 1775. 4.) *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 149 ſq. vid. Atinum, Biſtuuium, poſtea Poſidonia, dein Paeſtum; Buxentum ſeu Pyxus; Copia, vid. Sybaris, poſtea Thurium; Grumentum, Heraclea, Laus, Gr. Λαος, Metapontum, Paeſtum, antea Poſidonia, Siris, Sybaris, poſtea Thurium, Velia, Vrſentum.

Lycaoniae — Lex. n. T. II. P. II. 1902. vid. Iconium, Parlais.

Lyciae — Lex. ibid. 1904. vid. Apollonia, Antiphellus, Cragus, Maſſicytes, Olympus, Phaſelis, Xanthus.

Lydiae — Lex. *ibid.* 1909. vid. Acraſus, Apollonidea, Attalia, Bagae, Blaundus, Cayſtriani, Cilbiani Superiores, Dioſhieron, Hermocapeles, Hierocaeſarea, Hypaepa, Hyrcanis, Iulia Gordius, Moeonia, Magneſia ad Sipylum, Moſtene, Nacraſa, Nicaeenſes Cilbiani, Phaſelis, Philadelphia, Saetteni, Sardes, Silandus, Tabala, Temenothyrae, Thyatira, Tralles.

Macedoniae — Lex. n. T. III. 54. vid. Acanthus, Aegae, Amantia, Amphaxis, Amphipolis, Aphyta, Berhaea, Biſaltia, Botticea, Caſſandrea, Dium, Edeſſa, Heraclea Sintica, Methon, Neapolis, Olynthus, Orthagoria, Pella, Philippi, Pydna, Stobi, Terpillus, Theſſalonica, Traelium. Vranopolis.

Marrucinorum vrbs, Teate. Lex. n. T. V. P. II. 708.

Marſorum Latii vrbs, Alba. *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 100.

Mauretaniae vrbs, Iol. Lex. n. T. II. P. II. 805 ſq.

Meſopotamiae vrbes. Lex. n. T. III.

III. 562. vid. Anthemuſia, Carrhae, Edeſſa, Neſibis, Rheſaena, Seleucia ad Tigrim, Singara.

Meſſeniae — Lex. *ib.* 593. vid. Aſine, Cypariſſa, Corone, Meſſene, Mothone, Pylos, Thuria.

Moeſiae Superioris vrbs, Viminacium. Lex. n. T. VI. 178 ſqq.

— *Inferioris* vrbes. Lex. n. T. III. 779. vid. Callatia, Iſtrus, Marcianopolis, Nicopolis, Serdica, Tomi.

Myſiae vrbes. Lex. n. T. III. 1013. vid. Abbaeti, Adramytium, Apollonia ad Rhyndacum, Aſſus, Cyzicus, Germe, Lampſacus, Miletopolis, Parium, Pergamus.

Palaeſtinae — vid. Aelia Capitolina Iudaeae, Aſcalon Iudaeae, Caeſarea ad Panium Itureae, Caeſarea Samaritidis, Gaza Iudaeae, Col. Sebaſte, antea Samaria, Tabae Paleſtinae.

Pamphyliae — Lex n. T. III. P. II. 461. vid. Aſpendus, Attalia, Perga, Selge, Side.

Paphlagoniae — Lex. *ibid.* 548. vid. Amaſtris, Germanicopolis, Neoclaudiopolis, Pompeiopolis, Seſamus, Sinope.

Phocidis — Lex. *ib.* 1234. vid. Phocis, Delphi.

Phoeniciae — Lex. ib. 1247.) *Dutens* Explication de quelques médailles Grecques et Phéniciennes, avec une paléographie numiſmatique. Seconde édition. à Londres 1776. 4. — vid. Berytus, Byblus, Demetrias, Dora, Marathus, Orthoſia, Ptolomais, Sidon, Tripolis, Tyrus; *it.* inſula Aradus.

Phrygiae — Lex. n. T. III. P. II. 1255. vid. Acmonia, Aezanis, Amorium, Ancyra, Apamea ad Maeandrum, Attaea, Attuda, Blaundos, Cadi, Cibyra, Cidyeſſus, Cotiaeum, Cydra, Diocaeſerea, Dionyſopolis, Docimeum, Dorylaeum, Epictetus iuxta *Peller.* Rec. II. p. 33. — Eumenia, Hierapolis, Iulia, Laodicea, Metropolis, Midaeum, Otraea vel Otrus, Philomelium, Prymneſſus, Sala, Synaos, Synnada, Themiſonium, Tiberiopolis.

Piceni agri vrbes. vid. Ancona, Hadria vel Hatria.

Piſidiae vrbes. Lex. n. T. III. P. II. 1368. vid. Caeſ. Antiochia, Cremna, Lyrbe, Sagalaſſus, Selge, Termeſſus.

Ponti — Lex. *ibid.* 1760. vid. Amaſea, Amaſtris, Amiſus, Apollonia, Cabera vel Cabira, Chabacta, Comana, Gaziura, Heraclea, Laodicea, Neocaeſarea, Piraea, Sinope, Tomi, Trapezus, Zela.

Samaritis — Lex. n. T. IV. 1715. vid. Fl. Caeſarea, Fl. Neapolis, Sebaſte.

Samnii — *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. 101 ſq. vid. Aeſernia, Allifae dubiae, Beneuentum, Murgantia, Pentri, an in n. . : ΠΕΝΤ-ΡΕΙ inſcripto? *Kbell.* Adpend. II. Tb. 4.

Sarmatiae Europeae vrbes. Lex. n. T. IV. P. II. 58. vid. Olbiopolis, Tyra.

Seleucidis et Pieriae vrbes. Lex. *ibid.* 484. vid. Antiochia ad Daphnen, Antiochia ad Orontem, Apamea, Balanea, Doliche, Emiſa, Gabala, Laodicea ad mare, Leucas, Nicopolis, Raphanea, Seleucia.

Siciliae vrbes. Conf. *Filip Paruta* Sicilia deſcritta con medaglie. Parte prima. Palermo 1612. fol.) La Sicilia deſcritta con medaglie, riſtampata con aggiunta da *Lionardo Agoſtini.* in Roma 1649. fol.)

Si-

Sicilia di *Filippo Paruta* deſcritta con medaglie e riſtampata con aggiunta da *Leonardo Agoſtini*. Hora in miglior ordine diſpoſta da *Marco Maier*. In Lione 1697. fol.) *Phil. Parutae* et *Leon. Auguſtini* Sicilia numiſmatica, nunc primum additis *Hub. Golzii* aliorumque Siciliae deſcriptione et in numiſmata ſingula explicationibus; ingenti numero tabularum, edita ſparſim apud alios, et inedita numiſmata complectentium, locupletata et perpetuo commentario illuſtrata, ſtudio *Sigeb. Havercampi*. Lugd. Bat. 1723. fol. III. Voll. Theſaur. *Burmanni* antiquitatt. Siciliae Part. VI. VII. et VIII. conſtituent) *Jacobi Philippi d'Orville* Sicula. Edidit *Petrus Burmannus* Secundus. Amſtelaed. 1764. fol.) *Gabr. Lancil. Caſtell. Pr. Torremuzza* Siciliae populorum et vrbium etc. veteres numi. Panormi 1781. fol. mai. *Einſd.* Auctarium I. 1789. et II. 1791.) *Eckhel.* Doctrina num. vet. P. I. Vol. I. 184 ſqq.

Siciliae vrbes. vid. Abacaenum, Abolla, Acrae, Adranus, Aetnei, Agrigentum, Agyrium, Alaeſa, Aluntium, Ameſtratus, Apollonia, Aſſorus, Ataburium, Caena, Calacta, Camarina, Catana, Centuripae, Cephaloedium, Drepanum iuxta *Golzium;* Enna, Entella, Eryx, Gelas, Heraclea, Himera, Hybla Magna, Hyccara, Iaeta, Leontini, Lilybaeum, Longone incerta, Macella, Mamertini, dein Meſſanenſes; Megara, Menaenum, Meſſana, primum dicta Zancle, denique Mamertini, Morgantia, Motya, Naxus, Neetum, Niſa, Panormus, Paropus, vt vult *Paruta;* Segeſta, Selinus, Solus, Syracuſae, Talaria ex *Oderic.* Num. Graec. p. 22. adſertione; Tauromenium, Thermae vid. Himera; Tyndaris; *it. inſulae* Caene, Coſſura, Gaulos, Lipara, Lopaduſa, Melita, Sardinia, Corſica.

Syriae. — Lex. n. T. V. 416.) *Noriſ.* Annus et epochae Syromacedonum in vetuſtis vrbium Syriae numis expoſitae. Florentiae 1691. 4. mai.

Syrticae vrbs. Leptis. Lex. n. T. II. P. II. 1623. ſq.

Theſſaliae vrbes. Lex. n. T. V. 1094. vid. Aenianes, Demetrias, Gyrton, Homolium, Lamia, Lapithae, Lariſſa, Magneſia apud *Neumann.* Pop. Num. II. 234. 257. — Malia, Minya, Oeta vel Oetaei, Othrytae, Phaere, Phalanna, Pharcadon, Pharſalus, Scotuſſa, Tricca.

Thraciae — Lex. n. T. V. 1147. vid. Abdera, Aegospotamos, Aenos, Alopeconneſus, Anchialus, Apollonia, Apros, Ariſtaeum, Biſanthe, Bizya, Byzantium, poſt Conſtantinopolis; Cardia. Coela, Deultum, Dionyſopolis, Hadrianopolis, Heraclea, ΚΗΣΩΝ iuxta *Neumann.* Pop. Num. II. 128. 248. 257. — Lyſimachia, Maronea, Meſambria vel Meſembria, Nicopolis ad Meſtum, Odeſſus, Pautalia, Perinthus, Philippopolis, Plotinopolis, Serdica, Seſtus, Topicus, Traianopolis vel Auguſta Traiana. *it. inſulae* Thaſus, Samothrace. *Neumann.* ibid. 257.

Troadis — Lex. n. T. V. P. II. 157. vid. Abydus, Alexandria Troas, Dardanus, Ilium.

Veſtinorum Italiae vrbs. *Eckhel.* Doctr. num. vet. P. I. Vol. I. p. 99.

Vmbriae vrbes. *Eckhel.* ibid. 95 ſq. vid. Ariminum, Fanum, Iguuium, Piſaurum, Tuder.

Volſcorum Latii vrbes. *Eckhel.* ib. 100 ſq. vid. Antium, Anxur, Aquinum, (Atina vel ADINOD eſt Larinum in Frentanis.) — Numi MINTVRN ΣΙΝΤΕΣΣΑΝΩ ſoli *Golzio* cogniti, an Volſcorum vrbes Minturnae Sinveſſa? *Eckhel.* l. c. 101.

Zeugitanae Africae vrbes. vid. Carthago, Vtica.

Incertae vrbes. *Vaillantius* numiſmata, quae vrbis nomine carent, non ideo reiicienda putauit, tum quia quidpiam ſingulare ſemper exhibent, Imperatorum effigies, aut duumuirorum familias; tum quia forte quaedam occurrunt numiſmata, ex quibus vrbium, vbi cuſa ſunt, nomina deprehendere poſſimus. Lex. n. T. II. P. II. 733 ſqq.) Com. de *Bentinck* Cat. I. 448.) *Eckhel*, Num. vet. Tb. 16. fgg. 8 ad 18. p. 308 ad 310. *Eiuſd.* Sylloge I. p. 64.) *Froelich.* Notit. Elem. Tbb. 1. 2. p. 20 ad 26.) d'*Ennery* Cat. 258. 340.) *Geſſner.* Impp. Tb. 116. fg. 50. Tb. 119. fg. 21. 21*. 31*. Tb. 179. fg. 11.) *Harduin.* Oper. Sel. 779.) Muſ. *Hunter* Tbb. 66. 67. 68.) *Liebe* Goth. numar. 258.) *Ladov.* Num. 225.) *Patin.* Impp. p. 257. fgg. 2. 8.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* V. Tb. 22. fg. 6. p. 315.) *Triſtan.* I. 692. 693.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodl.* p. 6. 48. 72.

VRBES ROMA. (*ſic*) Mulier galeata et ſtolata ſedens, d. victoriolam globo impoſitam ſuſtinet, ſ. haſtae ferratae inuerſae adnititur, in exergo MVC.)(DN. THEODOSIVS P. F. AVG. Cap. diad. cum margaritis. Æ. Theodoſii M. *Band.* II. 509.) *Gueſſeme* VI. p. 332. n. 24.

Vrbica (*Magnia*) cuius nomen fruſtra apud antiquos ſcriptores requiras, cum eius notitiam vnice numis debemus. Diu inter eruditos numorum collectores quaeſitum, cuius vxor fuerit. *Occo*, *Angeloni*, *Triſtanus*, *Patinus*, *Rubenius*, *Mediobarbus*, *Muſellus*, aliique pro Maxentii coniuge et M. Aur. Romuli matre, filiaque Gal. Maximiani Armentarii primum acceperunt, alii Magnentii vel Decentii, prout STRADA p. 188. vxorem crediderunt, alii vero aut Carino, aut Numeriano eandem coniugem adiudicarunt. Et quidem de ea *Occo* p. 542. omnium primus mentionem fecit, eamque poſt Maxentium collocauit. *Occonem* ſecutus *Triſtanus* III. p. 462. itidem numos huius Vrbicae Maxentianis ſubiecit. Neuter vero hac coniectura ſua praeiudicare aliis inſtituit, quod ipſemet *Triſtanus* hiſce verbis teſtatur: "Non colloco, inquit, Magniam Vrbicam, ac ſi de eius marito certus iam eſſem; pro vero dumtaxat habeo, illam non fuiſſe Magnentii vxorem, vt nonnulli iudicarunt, quod forma eius numorum clariſſime prodit. De eius etiam aetate *Patinus* Theſ. Num. p. 15. et Impp. p. 457. dubitat, vxorem tamen potius Maxentii, quam Magnentii exiſtimat, quoniam nullo, vt ait, conſtat teſtimonio, liberos habuiſſe Magnentium. Eam itidem *Begerus* Theſ. Brand. II. p. 795. poſt Maxentium collocat, eiuſque vxorem, non autem Magnentii fuiſſe, contendit; "Hic enim, inquit, cum chriſtianus fuerit, non eſt, vt ethnico nomine, vtpote VENERE VICTRICE in auerſa numi parte, vxoris formam credi debeat commendaſſe. — Singulas haſce ſententias refellit quondam celebris ille medicus et antiquarius de *Genebrier* ſpeciali diſſertatione, quae Pariſiis Gallice ſcripta primum prodiit: Diſſertation ſur Magnia Vrbica, ou l'on fait voir, que cette Princeſſe n'eſt point femme de l'Empereur Maxence. 1704. 8. Latio donata legitur in *Wolterreck.* Elect. numar. p. 215 ad 245. Coniecturis non improbandis nititur eam in *Cari* Imp. coniugem, ſicque Carini et Numeriani matrem, vindicare, nec fuiſſe vxorem Maxentii, neque Magnentii aut Decentii, aut Magni Maximi, nec Carini aut Numeriani, neque Taciti, aut Floriani, aut Probi. Illam vero fuiſſe ſolius Cari coniugem affirmat partim ex ſcalpturae ſimilitudine cum Cari numis, partim ex

ſiglis

figlis ad imum numi adpoſitis, quales in vſu fuere ab Aureliano ad Diocletianum vſque, ſed etiam ex eo, quod duo fuerunt Caro filii, Numerianus ſcilicet et Carinus, qui repraeſentantur in huius Vrbicae numo maximi moduli aereo cum epigr. PVDICITIA AVG. Lex. n. T. IV. 456. Quo minus eam Carino tribueret coniugem *Genebrierius*, ei obſtitit *Vopiſci* dictum: "Vxores ducendo ac reiiciendo nouem duxit, pulſis plerisque praegnantibus." Acceſſit ei Abbas *Venuti* in Muſ. *Albani* antiq. num. max. mod. Vol. II. p. 77. — Primus et primum eam *Carino* vxorem tribuit *Harduinus* Num. Saec. Conſtant. p. 238. ſed reuertebatur licet difficulter poſtea ad Carum in Oper. Sel. p. 875. cum *Bandurio* Tom. I. 510 ſq. — Nihil definire auſus fuit *Spanhem*. Pr. II. 510 ſq. ſed Magniam Vrbicam modo temporibus Claudii, Floriani, Probi, Cari, huiusque filiorum adſcripſit. — Tandem vero Baroni *Philippo de Stoſch* obuenit numulus aereus tertiae formae, ſed craſſior et elegantia illis nihil concedens, quos maximi moduli velut inter muſeorum gemmas habemus, in cuius antica IMP. CARINVS AVG. cum protome galeati et laureati Carini, d. equum, ſ. ſcutum retinentis, in poſtica autem MAGNIA VRBICA AVG. eiusque caput praeclaro artificio exhibetur. Siſtit ectypum *Tanini* Suppl. Tb. 3. fg. 12. p. 189. Carino igitur hanc ſuam reſtituit vxorem ſcripta ad Etruſcam ſocietatem Crotonenſem: Lettera ſopra una medaglia nuovamente ſcoperta di Carino Imperatore e Magnia Vrbica Auguſta, ſua conſorte. in Fiorenza 1755. 4. quae Latio donata legitur in Actis ſocietat. Latin. Ienenſ. Tom. V. p. 57 ad 71. *Stoſchii* diſſ. epiſtol. de numo Carini Imp. et Magniae Vrbicae Auguſtae, eius coniugis; in vernaculam vero tranſlata legitur in . den *Baurischen* Münz-Neuigkeiten, 4. Nürnberg 1766. num. III. p. 131 ſq. — Verum enim vero conuellendam hancce adſertionem ſibi ſumſit *Belley* Tom. XXVII. Memoir. de l'Acad. des Inſcriptions et des belles Lettres p. 154. partis prioris, quam hiſtoriam Pariſini nominare ſolent; *Magniam Vrbicam non vxorem, ſed matrem Carini* ratus. At *Stoſchii* opinionem rurſus defendit *Ioſephus Khell* tum Garellianus in collegio Regio Thereſiano bibliothecarius, in Supplemento ad num. Impp. Rom. Vindobonae 1767. 4. p. 213. inquiens: "Ab hac opinione multo probabiliore tantum abeſt vt me dimouerint obſeruationes *Belleii*, vt potius eam ab iniectis per Gallum ſcrupulis peculiari diatribe liberatam, etiam plurium eruditorum non vulgari adprobatione confirmauerim. Edita eſt Vindobonae itidem 1767. (male 1567. ſcriptum) 4. huius *Khellii* epicriſis obſeruationum Cl. *Bellei* academici Pariſini in numum Magniae Vrbicae ab ill. Barone *Philippo Stoſchio* vulgatum, honoris cauſa nobiliſſimae academiae Etruſcae Cortonenſi inſcripta. Recenſuit et expoſuit hanc epicriſin *Khellianam*, qui et *Stoſchianam* tranſtulit *Chriſtianus Gottlieb de Murr* in den all. Münz-Neuigkeiten XIIII. St. n. 1. p. 269 ſq. Noribergae d. XVII. Sept. 1767. Perlecta vero nunc epicriſi ipſa, hoc adfirmari poteſt, quod *Belleius* ſollius *Genebrierii* vitulo arauerit, nullum nouum dubium attulerit, multoque probabilior et tantum non certa ſit ſententia *Stoſchiana* et *Khelliana*, eam Carini vxorem, non matrem fuiſſe. Allg. Litter. Zeitung 1794. no. I. p. 4. — Numus ille eam iuuenem ſiſtit, non vetulam. *Harduin*. Oper. Sel. p. 875. Dicitur illa Auguſta tantum, non vero mater Aug. multo minus Diua, licet poſt eius mortem cuſus videatur numus. Etiam *Haller*. Num. *Isb*. p. 87. et *Pinkerton* Eſſay II. p. 300. pariter ac *Tanini* Suppl. p. 185 ſq. *Carini vxorem* credidere Magniam Vrbicam. Ipſius nu-

numi illam gemmis plane onuſtam nobis ſiſtunt, vti cernitur in numo aeneo minimi moduli, humero tenus ſuper luna creſcente apud *Wolſereck.* Elect. numar. Tb. 4. fg. 3.

Magniae Vrbicae numi quouis metallo rari ſunt, ex auro rariſſimi. *Band.* I. 510.) *Bimard.* ad *Jobert.* II. 406.) *Haller.* Num. *Itb.* p 87.) *Patarol.* Oper. I. p. 143) *Tanini* Suppl. p. 188. not. 1) *Vaill.* Pr. I. 241. III. 41. 289.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodl.* 334.) *Beauvois* Notit. Num. Impp. Num. p. 40. AV. Rr. 400 L. — AR. 100. L. — Æ mai. 60 L. — Æ 2. R. 20 L. — Æ 3. R. 6 L.) *Pinkerton* Eſſay II. 300. AV. Rrrr. 12 ℔. — AR. Rrr. 4 ℔. — Æ max. Rr. 2 ℔. — Æ 2. Rr. 10 ſ. — Æ 3. R. 5 ſ.

Caput eius circumſcribitur: MAGN. VRBICA. *Band.* I. 511. — MAGN. VRBICA AVG. *Band.* ib.) *Tanini* Suppl. 188 ſq.) *Vaill.* Pr. I. 242. — MAGNA (*ſic*) VRBICA AVG. *Band.* I. 512. — MAGNAE (*ſic*) VRBICAE. *Band.* I. 510. — MAGNIA VRBICA. *ibid.* — MAGNIA VRBICA AVG. frequens. *Al.* AVGVSTA. *Tanini* p. 183. — MAGNIAE VRBICAE. *Band.* I. 510. — MAGNIAE VRBICAE AVG. *Band.* ib.) *Cimel. Vindob.* I. Tb. 24. fg. 23. p. 139) *Peller.* Mel. I. Tb. 9. fg. 12. p. 194.) *Tanini* Suppl. 188.

In parte *poſtica* numorum *Magn. Vrbicae*:

CONCORDIA AVG. AV. Rrr. *Cimel. Vindob.* I. 19.) *Harduin.* Oper. Sel. 875.

— AVGG. AV. Lex. n. T. I. P. II. 757.) *Band.* I. 510.) *Eckhel.* Cat. II. 422.) *Guſſeme* V. p. 26. n. 1.) *Occo* p. 542.) *Vaill.* Pr. III. 41. — ſed Æ. *Haller.* Num. *Itb.* p. 87.

FIDES MILITVM. Mulier ſt. a fronte, d. ſignum militare, ſ. alterum tenet, in exergo XI. Æ 3. Anecd. *Tanini* Suppl. p. 188. not. 1. "Frequenter, inquit, numi Imperatorum occurrunt cum hac epigraphe, et hoc typo, numquam vero Auguſtarum, exceptis Iulia Mamaea et Salonina; Magniae Vrbicae autem nunc primum in lucem prodit.

GLORIA ROMAN. Templum rotundum 6. columnar. Æ max. Lex. n. T. II. 1478.) M. *Pembrok.* III. Tb. 71. fg. 6.) *Tanini* Suppl. 188. not. 1. inquiens: " Modulus et typus hunc numum praeſtantiſſimum reddunt, praecipue vero epigraphe, quae in Auguſtarum numis tantum in Eudoxia, Theodoſii Iunioris vxore reperitur.

IMP. CARINVS AVG. Protome Carini laureati et galeati, d. equum, ſ. ſcutum tenentis. Æ 3. *Hoffmann* de n. Aureliae etc. p. 36.) *Khell.* Suppl. p. 213.) de *Sceſch* Lettera etc.) *Tanini* Suppl. Tb. 3. fg. 12. p. 187. 189. not. 1.

IVNO REGINA. AR. Æ. Lex. n. T. II. P. II. 1161 ſq.) Allg. Litt. Zeit. 1794. n. 1. p. 4.) *Cimel. Vindob.* I. 139.) *Guſſeme* V. p. 26. n. 2.) *Occo* p. 542.) *Tanini* Suppl. 188.) de *Venutis* n. 11.

PVDICITIA AVG. AV. Æ max. Lex. n. T. IV. 456.) *Eckhel.* Cat. II. 422.) *Tanini* ibid. 188.

SALVS PVBLICA. AR. Anecd. *Peller.* Mel. I. Tb. 9. fg. 12. p. 194. — Æ 3. Lex. n. T. IV. 1679.) *Tanini* Suppl. 188. not. 2. " Haec epigraphe, ait, et hic typus in numis nonnullorum Imperatorum, numquam in Auguſtarum reperitur, excepto ſingulari huius Auguſtae numo.

VENERI VICTRICI. Lex. n. T. I. P. II. 830.

VE-

VENVS CELEST. (*ſic*) Lex. *ibid.* 889.) *Tanini* Suppl. 188.

— GENETRIX. Lex. *ibid.* 903.) *Tanini* ib. 189. not. 1.) Allg. Litt. Zeit. 1794. n. I. p. 4.

— GENETRIX. Lex. *ib.* 904.

— VICTRIX. Lex. *ib.* 919 ſq.) *d'Ennery* Cat. 380.) *Sulzer.* Numoph. 370.) *Tanini* Suppl. p. 189.) Allg. Litt. Zeit. l. c.

Euoluenda de *Magniae Vrbicae* numis: *Acta* ſocietatis Latinae Ienenſis Tom. V. p. 67 n. 71.) Muſ. *Albani* II. Tb. 98. fg. 1. p. 77.) Allg. Litter. Zeitung 1794. no. I. p. 4.) *Angelon.* p. 365. 366. fgg. 5. 6.) *Ruben.* Num. *Arſ. b t.* Tb. 65. fg. 4. p. 97.) *Band.* Impp. I. p 510 ad 512. *et* in Addend. ad p. 512. *Bauer* Münz-Neuigkeiten. Nürnberg, 4 no. III. p. 231 ſq.) *Beger.* Th. Br. II. 795.) *Belley* Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. et bell. Lettr. Tom. XXVII. p. 157 ſq.) Com. de *Bentinck* Cat. I. 635 ſq. II. 914 ſq.) *Cimel. Vindob.* I. p. 19. 139. Tb. 24. fg. 23. II. Tb. 36. fg. 2. p. 23.) *Eckhel.* Cat. II. 422.) *d'Ennery* Cat. 380. 624.) *Genebrièr.* diſſ. praecitata) *Gorii* Symb. Litt. VII. p. 141. n. 22.) *Guſſeme* Diccion. V. p. 25. 26.) *Haller.* Num. *Itb.* p. 87.) *Hantbaler.* Exercitat. II. 195. 237.) *Harduin.* Num. Saec. Conſtant. p. 238. *Einſd.* Oper. Sel. 875.) *Godofred. Daniel Hoffmann* de numo diuae Aureliae, omnique re numiſmatica veterum Auguſtarum. Tubingae 1776. 4. p. 35 ſq.) *Khell.* Suppl. p. 212. 213. *Einſd.* epicriſis iam laudata.) *Mdb.* p. 451.) *Chriſtian Gottlieb de Murr* in den all. Münz-Neuigk. XIII. p. 269 ſq.) *Muſell.* Impp. Tb. 245. fgg. 3. 4. p. 305.) *Occo* p. 542.) *Patarol.* Oper. I. Tb. 8. fg. 4. p. 40. 143. II. Tb. 6. fg. 6.) *Patin.* Theſ. Num. p. 15. *Einſd.* Impp. Rom. p. 457. *et* Index p. 31.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* IV. Tb. 16. p. 260.) *Pellerin* Mel. I. Tb. 9. fg. 12. p. 194.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 29. fg. 18. *et* Tb. 71. fg. 6.) de *Pfau* Cat. p. 518.) *Spanbem.* Pr. II. 310 ſq.) Bar. de *Stoſch* Lettera etc. confer ſupra.) *Sulzer.* Numoph. p. 370.) *Tanini* Suppl. Tb. 3. fg. 12. p. 187 ad 189.) Muſ. *Theupoli* p. 330. 820.) *Triſtan.* III. 462.) *Vaill.* Pr. I. 241. III. 41. 221.) *Phil. de Venutis* duodenorum numiſmatum antehac ineditorum breuis expoſitio ex gazophylacio *Ant. le Froy.* Liburni 1763. 4. n. 11.) *Woltereck.* Elect. num. Tb. 4. fg. 3. ad 6. p. 215 ad 245.

VRBIS vid.

CONSERV. VRBIS SVAE. n. Conſtant. M. Lex. n. T. I. P. II. 820. V. 160.) M. *Theup.* 334.

CONSERVAT. VRBIS SVAE. n. Maxentii. *Hantbaler.* Exercitat. III. Tb. 5. fg. 20. p. 84.) *Tanini* Suppl. 246.

CONSERVATOR VRBIS SVAE. n. Diocletiani. *Spanhem.* Pr. II. 572.) *Triſtan.* III. 339. — n. Maxentii. Lex. n. T. I. P. II. 825. V. 161.) *Band.* II. 150.) *Guſſeme* V. 93. n. 9.) *Tanini* Suppl. 243.

CONSERVATORES VRBIS SVAE. n. Dioclet. *Guſſeme* III. p. 55. n. 15.) *Spanhem.* Pr. II. 572. — n. Val. Maximiani. Lex. n. T. I P. II. 827. V. 161.) Allg. Litt. Zeit. 1794. no. 1. p. 4.) *Guſſeme* V. p. 100. n. 23.) de *Pfau* Cat. 528. — n. Maxentii. Lex. II. cc.) *Guſſeme* V. p. 94. n. 11. — n. Conſtantini Iun. Com. de *Bentinck* Cat. I. 536.

CONSERVATORI VRBIS SVAE. n. Val. Maximiani. Lex. n. T. I. P. II. 828. III. 1606. V. 161.)

161.) *Gaſſens* V. p. 100. n. 24. — n. Maxentii. *Tanini* Suppl. 243. — n. Conſtant. M. *Tanini* ibid. 272.

LIBERATORI VRBIS FVNDATORI QVIETIS. n. Conſtant. M. Lex. n. T. II. P. II. 1697.

— VRBIS SVAE. n. Conſtant. M. qui *Vrbis Liberator* dicitur in veteribus monumentis. *Tanini* Suppl. p. 271. not. 1.

MON. VRBIS vel. VRB. in n. Antiochiae in Syria cuſis. *Vaill.* Col. II. 158. vid. MON. VRB.

MONETA N. VRBIS ROMANAE. n. Conſtantii Iun. Lex. n. T. III. 827. 1051. 1631.

— VRBIS VESTRAE. n. Conſtant. M. Lex. n. T. III. 830 ſq. — n. Criſpi. Lex. *ib.* 831. — n. Conſtantini Iun. Lex. *ib.*

NAT. VRBIS etc. n. Hadriani. Lex. n. T. III. 1089.) *Hulſius* p. 31. fg. 15.) *Vaill.* Pr. I. 63. vid. NAT. VRB. Lex. n. T. I. 648 ſq. II. 58. III. 1089.

N. VRBIS C. *Noſtrae Vrbis Conſeruatori*, vel *Conſuli*, vel iuxta alios *Natali Vrbis Circenſes*. Lex. n. T. III. 1046. 1051. 1631.) *Woltereck.* Elect. num. p. 338. 344.

RENOBATIO (*ſic*) VRBIS ROMAE. n. Magnentii. Lex. n. T. IV. 839. — n. Valentiniani Sen. Lex. *ibid.* — *Al.*

RENOVATIO VRBIS ROMAE. n. eiuſd. Valentin. Lex. *ib.* 840.

RESTIT. VRBIS. n. Getae, Lex. n. T. IV. 895.) *Gleck.* Num. 198.

RESTITVTOR VRBIS. n. Sept. Seueri. Lex. n. T. IV. 932 ſq.) *Hemelar.* Num. *Arſchot.* Tb. 35. fgg. 2. 3. p. 107.) d'*Ennery* Cat. 213. 214. — n. Caracallae. Lex. *ib.* 933.) d'*Ennery* p. 351. — .... (forſan RESTITVTOR) VRBIS. Mulier turrita, ſiue genius Conſtantinopolis, ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam, in exergo P. X DN. BASILISCVS P. F. AVG. Caput diadem. Æ. Baſiliſci. *Khel.* Suppl. 298 ſq.) *Tanini* Suppl. 378.

RESTITVTORI VRBIS. n. Sept. Seueri. Lex. n. T. IV. 946. — n. Caracallae. Lex. *ib.* — n. Getae. *ibid.*

SACERDOS VRBIS, ita Alexander Seuerus dictus. Lex. n. T. IV. 1477.) *Eckhel.* Sylloge I. Tb. 10. fg. 9. p. 103. 104.

SACRA MONETA VRBIS. n. Conſtantini Iun. Lex. n. T. IV. 1486.

SOCIETATE VRBIS RECEPTA. Lex. n. T. III. 159. III. P. II. 506. IV. P. II. 1329.

VOTA ORBIS ET VRBIS SEN. ET P. R. n. Conſtant. M. vid. *ſuo loco.*

Vrbis Auctor, de conditore a Romanis dictum. *Spanhem.* Pr. I. 568. vid. *Vrbium Conditor.* Lex. n. ſupra.

VRBIS CONS. *Vrbis Conſuli*, vel *Conſeruatori*. Lex. n. T. III. 1605.) *Patarol.* Oper. Tom. II. ad panegyr. Tb. 6. fg. 7.

Vrbis genius. v. *Genius Vrbium.* Lex. n. T. II. 1371 ſqq.

— *noſtrae filius.* *Harduin.* Num. Saec. Conſtant. in Oper. Sel. p. 463. vid. NV. F. Lex. n. T. III. 1610.

— *porta.* Lex. n. T. III. 1505 ſq. III. P. II. 1791. vid. *Emerita.* Lex.

Lex. n. T. II. 606.) *Eckhel.* Do-ſtr. num. vet. P. I. Vol. I. 13.

Vrbis praefectus. v. *Munatia* gens. Lex. n. T. III. 951 ſq. — ΠΟΛΙΑΡΧΟΣ. Lex. n. T. III. P. II. 1637.

— *primariae* nomen ſubinde additum nomini proconſulis prouinciae, vti in gente Claudia Appius legitur: PVLCHER IMP. PRO. COS. AAO. *Laodiceae.* — ΑΛ. ΤΡΑ. *Trallium.* Lex. n. T. III. P. II. 168. 479.

VRBIS (*ſic*) ROMA. Roma thoraci inſidens cum victoriola et haſta. Æ. Rrr. Auiti. Lex. n. T. I. 1339.) *Baud.* II. 582.) d'*Ennery* Cat. p. 395.

— — Roma ſedens, d. globum victoriatum, ſ. ſceptrum, in exergo RVPS.)(DN. IVL. NEPOS P. F. AVG. Caput diadem. cum margaritis, humeris paludatis. Æ. Iulii Nepotis. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 32. fg. 14.) *Tanini* Suppl. Tb. 9. fg. 10. ſed in deſcriptione p. 376. legitur VRBS ROMA.

Vrbs Auguſtorum quae ſit? *Harduin.* Num. Saec. Conſtant. in Oper. Sel. p. 451.

— *condita*, vbi porca feſſa. *Vaill.* Fam. ad g. Sulpic. fg. 5.) Lex. n. T. IV. P. II. 183. V. 217 ſq.

— *Domina*, dictum de Roma. *Spanhem.* Pr. II. 488.

— *magna* cur Oſca dicta. *Vaill.* Col. I. 38. 78.

VRBS METROCOLONIA, Lex. n. T. III. 630.

Vrbs noſtra, ſiue Vrbs Auguſtorum in numis Roma non eſt iuxta *Harduin.* Num. Saec. Conſt. in Oper. Sel. p. 463.

VRBS RESTITVTA. in area S. C. figura paludata galeato capite ſt. d. extenſa victoriolam, ſ. haſtam gerit.)(A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. P. P. Cap. eius laur. Æ 1. Rr. Vitellii. *Guſſeme* VI. p. 592. n. 46.) *Harduin.* Oper. Sel. 728.) *Havercamp.* Num. Reg. *Chriſtinae* Tb. 5. fg. 10. p. 33. 34.) *Mdb.* 107.) *Morell.* Impp. II. in Vitellio Tb. 3. fg. 3. p. 237.) *Vaill.* Pr. I. 29.

VRBS ROM. in imo n. Iouiani. Lex. n. T. II. P. II. 909.) *Baud.* II. 446 ſq.

— ROM. B. in exergo n. eiuſd. Lex. l. c.

— ROM. T. in ima parte n. Iuliani Apoſt. *Mdb.* 498. — n. Iouiani. Lex. n. T. II. P. II. 909.

— ROMA. in exergo n. Iuliani Apoſt. *Mdb.* 498.

VRBS ROMA. Plurimi numi ita inſcripti manifeſtis indiciis Conſtantinorum aetate ſignati ſunt, et inter numos Conſtantini M. quaerendi.

a) *Conſtantino* M. vulgo adſcripti. — VRBS ROMA. Caput Romae galeatum.)(*Sine epigr.* Lupa cum gemellis Romulo et Remo. Æ 1. *Eckhel.* Cat. II. 480. n. 279. — ſed Æ 3. *d'Ennery* Cat. 183 ſq.) *Glock.* Num. 249 ſq.) *Milan.* Num. 364.) *Sulzer.* Num. 414. — *Alii* Æ 3. ſed in exergo cum variis ſignis monetalibus. d'*Ennery* p. 184.) *Glock.* ib. 250. — infra NPAR. Com. de *Thoms* Theſ. 410. ſed RB. *Thoms* ibid. — ſed TRP. in exergo. Æ 3. *Milan.* Num. 364. — VRBS ROMA. Cap. Romae galeat. cum ſceptro.)(Lupa eoſdem lactans gemellos, inſuper ſertum, infra TRP. Æ. *Haller.* Num. *Ith.* p. 94. ſed deſuper *duae ſtellae*, abſque litteris in exergo. Æ max. Rrr. *Baud.* II. p. 217. *et* 304. delineat. p. 304. not. 1. illuſtr.) *Cimel. Vindob.* II. Tb. 107. fg. 2. p. 26.)

p. 26.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 5. p. 21. 22.) *Eckhel.* Cat. II. 280.) M. *Theup.* 772. — ſed Æ 1. eodem typo vtraque ex parte. *Geſſner.* Fam. Tb. 34. fg. 3.) *Morell.* ad calcem Famil. p. 475. Tb. 1. fg. 11. — ſed Æ 3. *Eckhel.* ib.) *Sulzer.* Num. 414. — *Al.* cum duobus aſtris ſupra lupam cum Romulo et Remo, ſed in exergo AQ. S. AR. Anecdot. *d' Ennery* Cat. 166. — *Alii* eodem typo, ſed Æ 3. in ima parte CONS. *Thott* p. 410. — CONS. E. *Rinck.* Numoph. 132. — CONST. *Molan.* Num. 299. — P. CONST. *ibid.* — ☩ CONST. *Thott* l. c. — ΓSIS. Com. de *Bentinck* Cat. I. 721. — HAN. *Thott* ibid. — L. P. C. Muſ. *Mil. Viſc.* 124. — N . . *Thott* ib. — PAQ. *Band.* II. p. 217. depict. p. 305. illuſtr.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 5. p. 21 ſq. — PIC. *Thott* ib. — PL. *Tanini* Suppl. 280. Æ 4. — PLC et ſtella. *Band.* II. 305.) Com. de *Thott* p. 410. — PLC et luna bicornis cum globulo inter cornua. *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 84. — P.R. *Molan.* Num. 299. — PSISC. *Hauthaler.* proem. Tb. 6. fg. 3. p. 168. — PTR. *Molan.* Num. 299.) *Sulzer.* Num. 414. — Q. *Thott.* p. 410. — RBQ. *Thott.* p. 410.) *Wiſe* ibid. 84. — RFQ. *Tanini* Suppl. 279. — RPC. *Band.* II. 305. — RQ. corona intermedia. *Tanini* Suppl. 279.) *Thott.* p. 410. — R. Ω. P. *Molan.* Num. 299. — S. I. S. *Molan.* ib.) *Thott* l. c. — SMALA. *Muſell.* Suppl. Pop. Tb. 7. fg. 3. p. 11. — SMAN☉. *Tanini* Suppl. 279.) *Thott* p. 410. SMK. *Rinck.* Num. 132.) *Thott* ibid. — SMKA. *Wiſe* p. 84. — SMKЄ. *Tanini* Suppl. p. 279. — SMTS. Com. de *Bentinck* Cat. I. 725. — SMTS et lunula. *Molan.* Num. 299. — T. R. *Molan.* ib. — TRP. *al.* TR. P. *Band.* II. 305.) Muſ. *Mil. Viſc.* p. 124.) *Molan.* Num. 344. ſed p. 330. AV. Paduan.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 30. fg. 2. p. 129.) *Wiſe* C. N. *Bodl.* 84. — TRS. *Molan.* Num. 299. — TRS et ſtella. *Wiſe* ibid. — VRBS ROMA. Caput iuuenile galeatum, ad pectus cum lorica.)(Lupa gemellos lactans, ſupra *duae ſtellae, palmae ramo intermedio,* infra SCONS. Æ 3. *Band.* II. 305. — *Al.* cum SCONST. in exergo. Æ 3. *Wiſe* C. N. *Bodlei.* p. 84. — ſed infra TRP. eodem typo vtraque ex parte. Æ 3. *Band.* II. 304. aeri inciſus, p. 305. illuſtr. — *Al.* eodem typo, ſed cum *tribus palmae ramis* inter duas ſtellas, infra SCONST. Æ 3. *Band.* II. 305. — *Al.* cum tribus punctis inter duo aſtra, in imo SMN$. Æ 3. *Band.* ib. — *Al.* cum corona laurea inter duas ſtellas, infra TRS. Æ 3. *Band.* ibid.) *Beger.* Th. Br. II. — Lupa gemellos lactans, ſuperne duae ſtellae, *Chriſti monogrammate intermedio,* abſque litteris in exergo. Æ 4. *Tanini* Suppl. 280. — VRBS ROMA. Caput Romae gal. criſtata tectum.)(Antrum, ſiue ſpecus, in cuius ora cernitur lupa cum gemellis; hinc et inde paſtor, ſiniſtris pedum tenentes inter ſe colloquuntur; in vertice duo aſtra. Æ max. Rrr. pd. 19. den. *d'Ennery* Cat. p. 438.) *Guſſeme* VI. p. 57. n. 30.) *Tanini* Suppl. 279.) M. *Theupoli* p. 772. — ſed Æ 1. *Tanini* Suppl. p. 279. — ſed Æ 2. eodem typo vtraque ex parte. *Geſſner.* Fam. Tb. 34. fg. 4.) *Morell.* Fam. ad calcem p. 475. Tb. 1. fg. 12. — VRBS ROMA. Protome muliebris cum galea criſtata, in qua exſculptus gryps et ſerpens, ad medium pectus cum ſtola.)(Lupa Romulum et Remum lactans ſub antro, deſuper Fauſtulus et alius paſtor cum pedo, a d. ficus ruminalis. Æ max. pd. 1. vnc. 12. den. 11. gr. *Tanini* Suppl. Tb. 5. fg. 6. p. 279. — VRBS ROMA. Protome muliebr. cum galea criſtata, pectore ſtolato.)(VRBS ROMA. Roma galeata ſedens, d. globum ſuſtinet cum victo-

ſtoriola, ſ. innititur haſtae, iuxta ſellam clipeus. Æ max. pd. 18. den. 12. gr. Tanini Suppl. 279. — *Ead. adv.*)(ANNONA AVGVSTA CERES. Ceres, ſiue Roma ſedens, ſ. ſceptrum tenet, d. extendit ad mulierem coram ſtantem, quae e cornucopiae opes effundit. Æ max. Rrr. d'*Ennery* Cat. 438. ſq.) *Tanini* ibid. — *Ead. adv.*)(GLORIA EXERCITVS. Duae figurae militares galeatae ſtantes a fronte, haſta et clipeo innixae, ſigno militari intermedio. Æ 4. d'*Ennery* Cat. 184. — et in exergo RMP. Æ 3. *Tanini* Suppl. 279. — *Ead. adv.* Duo milites galeati ſtantes ex aduerſo, labaro intermedio, haſtae adnituntur, et clipeum humi poſitum tenent ſinguli. Æ 2. Rrr. *Band.* II. p. 304. delin. p. 305. illuſtr. — et in exergo CONST. Æ 4. *Tanini* p. 279. — *Alii* Æ 4 eodem typo vtraque ex parte, ſed in ima parte SMHЄ. — SMNЄ. — SMNO. *Tanini* ib. 279. 280. — VRBS ROMA. Caput muliebre galeatum, ad humeros.)(SECVRITAS ROMAE. Figura nuda ſedens a fronte, capite barbato, hinc et inde ſtat mulier, quarum quae a dextris d. tenet baculum; inferius duo pueri, horum qui a d. eſt, facem geſtat. Æ 1. *Tanini* Suppl. 279. — VRBS ROMA. Caput Romae galeat.)(*Sine epigr.* Victoria alata gradiens, d. haſtam tenet, ſ. ſcutum, ante prora nauis. Æ 4. *Sulzer.* Numoph. 412. — VRBS ROMA. Protome muliebris cum galea criſtata, pectore ſtolato.)(VICTORIA ROMANORVM. Victoria grad. d. coronam, ſ. palmam, a d. captiuus, manibus a tergo reuinctis, genuflexus. Æ max. *Tanini* Suppl. 279. — VRBS ROMA. Caput muliebre galeat. ad pectus cum ſtola.)(VIRTVS AVG. Figura militaris. vel Imp. ipſe paludatus, capite nudo, ſt. inter duos captiuos humi ſedentes, d. ſpiculum inuerſum, ſ. globum tenet. Æ max. Rrr. *Band.* II. 304. aeri inciſus et not. 1. illuſtr.) Muſ. *Piſan.* Tb. 81. n. 3. p. 213. — VRBS ROMA. Protome muliebris tunicata et togata.)(VIRTVS AVG. Conſtantinus Iun. capite nudo ſt. paludatus, d. haſtam, ſ. globum. Æ max. d'*Ennery* Cat. 438. — VRBS ROMA. Protome muliebris galea criſtata, vel buſtum Conſtantinopoleos ſiue Romae nouae.)(VIRTVS AVG. Imp. Conſtantinus M. armatus, paludatus et laureatus, d. haſtam tranſuerſam, ſ. globum. Æ 1. *Geſſner.* Fam. Tb. 34. fg. 2.) *Guſſeme* VI. p. 57. n. 31.) *Morell.* Fam. ad calcem p. 475. Tb. 1. fg. 10. — VRBS ROMA. Caput muliebre gal. ad pectus cum ſtola.)(VIRTVS AVGV. Figura militaris paludata capite nudo ſt. inter duos captiuos humi ſedentes, d. tenet ſpiculum, ſ. globum. Æ max. Rrr. *Band.* II. p. 305.) *Guſſeme* ibid. n. 35. — *Ead. adv.* VOT. XX. MVLT. XXX. in corona. Æ 4. d'*Ennery* Cat. 184.) *Tanini* Suppl. 280. — et in exergo SMHB. Æ 4. *Tanini* ibid.

b) *Conſtantis.* — VRBS ROMA. Roma, vel figura muliebris galeata et ſtolata ſpoliis inſidens, d. geſtat globum cum victoriola, ſ. haſtam tenet.)(CONSTANS P. F. AVG. Cap. diadem. Æ max. Rrr. *Band.* II. 356. not. 7.) *Guſſeme* II. 295. n. 47.) *Vaill.* Pr. III. 245.

c) *Conſtantii Iun.* — VRBS ROMA. Roma gal. clipeo inſidens, d. victoriolam, ſ. haſtam.)(FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C. Cap. laur. Æ 1. *Eckhel.* Cat. II. 493. n. 28. coll. *Band.* II. 394.) *Mdb.* 487. — *Al.* ſed d. globum, cui inſiſtit victoriola.)(*Ead. epigr.* idemque capitis typus. Æ max. *Cimel. Vindob.* II. Tb. 111. fg. 1. p. 26. — ſed)(DN. FL. CONSTANTIVS NOB. C. Caput laur. pectore paludato. Æ max. pd.

pd. 16. den. 4. gr. *Tanini* Suppl. 299. — Roma galeata ſedens, d. globum, ſ. haſtam, iuxta ſellam clipeus.)(CONSTANTIVS P. F. AVG. Cap. diad. Æ max. Muſ. *Piſan.* Tb. 77. n. 3. p. 205. — ſed)(DN. CONSTANTIVS P. F. AVG. Cap. laur. pectore paludato Æ max. *Band.* II. 380. — ſed Æ 1. eodem typo vtraque ex parte. *Tanini* Suppl. 300. — VRBS ROMA. Figura muliebris galeata et ſtolata ſpoliis inſidens, d. geſtat globum cum victoriola, ſ. haſtam tenet. Æ max. *Vaill.* Pr. III. 250. — *Ead.* ſed)(.... FLAV. CONSTANTIVS NOB. CAES. Cap. laur. pectore paludato. Æ max. *Band.* II. 380.

